



1. De odio Variationis. R. P. Müller. R. J. B. Redel.
2. De Spurio. H. S. Raffmäggen.
3. De Principe legibus soluto. R. G. A. Struv. R. J. J. Aertel.
4. De Patrioies. R. A. C. Romyn. R. P. J. Gallen ab Gallenfins.
5. De murmuratiope praescriptionem impediente.
6. R. J. F. Schneider. R. L. C. Lüdecke.
7. De militia lecta provinciali. R. J. S. Stryck. R. J. C. Ab Otken.
8. De investigandis contractibz et actionibz ex  
contractibz, z. verbis, vel litteris initis.  
R. S. Stryck. R. C. Hoelvtheij.
9. De Crimine gratiae. R. J. F. Schneider. R. J. G. Lüdecke.
10. De Testimonia Principis. R. Idem. R. A. F. Bode.
11. De Unitate Patris et filii. R. Samuel van Laher.
12. De usu practico doctrinae difficultissimae Iuris Rom.  
de culparum praestatione. R. C. Thomasij. R. C. Bruns.
13. Paradoxon proiure retractandi transactiōnē, novis  
instrumentis zeptatis ad l. 35. f. de re iug. et t. iug. art. 29.
14. De transact. R. J. P. Ludwig. R. D. B. Hoelder.
15. De vinculo matrimonii ob legem affinitatis turpi vel  
honesto. R. A. Goessche. R. J. C. Schönberg.
16. De Coelibatu poenae nomine imposito. R. J. F. Ludovici.
17. De Propinquorum in sponsalibz confensa necessarie  
R. H. C. Perdewij. R. J. C. Bruegel.
18. De Statu Imperii Rom. R. J. V. Beckmann. R. J. G. Klein.
19. De Iure ceremoniali circa Legatos. R. J. Brunnenman.
20. De Restitutione in integrum ob metum. R. G. L. Mencke
21. De litis contestatione eventuali. R. S. Stryck. R. H. Heinrich.
22. De eo quod justum est circa pactum executivum  
dictu M. C. Se pign. et hypoth. R. G. Barth. R. J. S. a Duseldorf.

DISSE<sup>1703/2</sup>TATIO JURIDICA,  
DE  
**PROPINQVORUM**  
**IN SPONSALIBUS**  
**CONSENSU NECES-**  
**SARIO,**

Ex

STATUTIS POTISSIMUM POMERANIAE  
CITERIORIS DEDUCTA,

Qvam

P R A E S I D E

**HENNING. CHRISTOPH.**  
**GERDESIO,**

J. U. L. in Alma Patria Professore Ordin. Juris,  
eiusdemque Univeritatis Syndico,

*ad diem 17 Decembr. 1703.*

In Auditorio Majori

Publico examini submittit

**JO. CHRISTOFF GRUEL,**

Gryphisw. Pom.

---

GRYPHISWALDIAE,

Typis DANIELIS BENJAMINIS STARCKII,  
Reg. Acad. Typogr.

15.

A  
SACRA REGIA MAJESTATE SVECIÆ  
AD  
DICASTERIUM POMERANICUM  
CONSTITUTIS JUSTITIAE ANTISTITIBUS,  
VIRIS  
GENEROSSISSIMIS, MAXIME, STRENUIS,  
ATQVE PRÆNOBILISSIMIS,  
DDNN.  
**DIRECTORI,**  
**CONSILIARIIS,**  
**REFERENDARIIS,**  
ET CÆTERIS ILLISTRIS ILLIUS  
CORPORIS MEMBRIS  
DIGNISSIMIS,  
VIRIS  
AMPLISSLIMIS CONSULTISSIMIS,  
DOMINIS SUIS

Submisso animi cultu semper Suspiciendis, Venerandis,  
Felicem Labentis hujus anni gratulatur exitum, &  
auspicio instantis apprecatur felicissimum, atqve in  
seros ab hinc annos perennem vovet salutem,  
**IN QVE SUI MUSARUM QVE SUARUM  
COMMENDATIONEM**

Paginas hasce sacras esse jubet  
Respondens  
J. C. GRUEL.



### THESIS I.



Oces, quibus Titulus operis designatur, prolixè explicare omnemq; inde ambiguitatem excludere, primus quidem dissertationes academicas scribentium, & aliquando, ubi vera, qvæ offendere Lectorem possit, subest obscuritas, ex methodi legi necessarius labor esse solet. Mihi vero de consensu Propinquorum in Sponsalibus contrahendis dissenserio, non per omnia huic legi parendum, nec omnino inde recedendum esse puto. Qvis enim est qui nesciat, quid sponsalia sint, quid consensus. Nec ulla tanta harum vocum est ambiguitas, ut seducere Lectorem ab eo, quem intendimus, scopo queat. Explicare autem prolixè velle etiam in vulgus nota otiosorum esse arbitramur. Sola propinquorum vocula ita in alienos à nostro proposito significatus deflexens alicubi legitur, ut aliquam explicationem desideret, quam Thes. sequen. sed strictum nec ultra necessitatem proponemus.

### THES. II.

Propinquum alias in propria significatione denotat id, quod prope adest, & naturalem locorum & rerum distantiam exprimit & designat. Unde predium, provinciae, loca propinqua dicuntur. Quemadmodum autem civilium quarundam rerum ea natura est, ut & ipsa per certa spatiorum intervalla distare dicantur; idq; imprimis in graduum, uti vocant, computatione ita usuveniat, huc quoq; translatæ voces remoti & propinquæ applicari solent commodissime.

A 2

Cum

Cum autem omniū nobiscum conjunctorum aliquā, licet non æquālis, propinquitas sit, omnes propinquorum appellatione censerī placuit. Ut etiā præter consanguineos, affines sub generali vocis significatione comprehendantur. Propinquū fuere, inquit Semonius Lib. 2. de iud. Cap. 30., qui aut cognatione, aut affinitate conjunctū fuere. Et quod propinquitas generali sua significatione affinitatem complectatur, ipsa vocis derivatio comprobare satis videtur. Dicitur enim propinquum à propinquare si nō zu einem nahen / quod optimè convenit affinibus & affinitati. Qui docente J. Cto. Modestino in l. 4. §. 3. ff. de Grad. & Aff. sunt Viri & Uxoris cognati, dicit ab eo, quod duæ cognationes, quæ diversæ inter se sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alteries cognationis finem accedit. Calvin. in Lexic. Jurid. verb. affinitas. Non magis id repeti possit quicquid sponsa sponso doris nomine dederit, d. nec maneat inter eos affinitas; i. e. propinquitas illa vel potius s̄es proxime communionis. Nam sponsa sponso propinquavit, ad ejusque fines eo animo accessit, ut primo quoque tempore in familiam se sui sponsi immergat. Dissent. Speid. in spec. Juridic. Polt. verb. Verwandte. Regulariter autem per propinquos consanguinei intelliguntur & propinquū affinibus opponuntur, Cic. pro Plancio. Maximi vñculis & propinquitatibus & effinitatis illi conjunctū dicit & Sextonius in Nerone Cap. 37. Similiter intererit ceteros aut affinitate aliquā sibi, aut propinquitate conjunctos. Et in hac significatione etiam in jure nostro propinquū veniunt. L. 4. C. d. Epis. & Cler. l. 3. C. de Incess. Nupt. L. un. C. unde Vir & Uxor. L. 5. C. de Verb. & R. signif. ibique Bartol. nec aliter præsenti in loco accipiuntur per L. 18. C. d. Nupt. ibi: sed ne forte hi, qui gradu proximo ad successionem vocantur viduarum, &c. Affinibus enim nihil juris potestatisque in personas affinium datum est; minus itaque ipsi arbitrium alienarum nuptiarum permitti debet. Vid. L. 8. C. d. Nupt. Conf. Bald. ad L. un. C. unde Vir & Uxor.

### THES. III.

Propinquū germanice dicuntur Verwandte. Sed cum hoc verbum æquipollat verbis: Attinentes, adhaerentes, complices & sequaces, quorum significatio latissima est, & comprehendit non tantum

tantam subditos, sed etiam Vasallos, Domesticos, Consiliarios  
reliqosq; qvilibet modo alteri addictos. *Befold. Thesaur. practic.*  
verb. *Verwandt.* Propinquos cum additamento appellare sole-  
mus Bluts. *Verwandte*: vid. *contin. thes. præf. Befold. verb. verwandt.*  
Dicuntur etiam Anverwandte, qvæ vox licet idem denotare possit,  
qvod *Verwandte* / ita tamen generaliter accipi non videtur, sed  
tantum denotare cognatos.

#### THES. IV.

Jure Civili Sponsalia & nuptias contrahentibus propinquorum  
consensu necessarius non erat, duos si excipias casus. Primo  
qvando pater est furiosus vel mente captus, tunc ex sententia Cu-  
ratoris ipsius furiosi, & nobiliorum totius familiae, item Magistratus  
aut Episcopi ipsius civitatis de nuptiis liberorum statuitur *l. 25. C.  
d. Episcop. auaten. & l. 25. C. d. Nupt.* & secundo puella minor 25.  
annis patris auxilio destituta, sine consensu matris & propinquorum,  
vel horum tantum, si mater mortua, conditionem nubendi sibi  
quarere non posset. *l. 20. C. d. Nupt.* Idem de Vidua Minoris  
dicendum per *l. 18. eod.* Neq; foeminarum in minorenni ætate con-  
sicutatum arbitrio relinqvitur, an propinquorum consensum adhi-  
bere velint, vel non. Sed adhibere eum tenentur. Leges enim  
allegatae præceptum non consilium continent, qvia lex presumitur  
conuincere præceptum Brunn. *ad L. 18. & 20. C. d. 1.* Sed an Ma-  
trimonium contra hoc legis præceptum initum sit ipso jure nullum?  
Negat. Bald. *ad d. L. 18. in pr. qvæ d nos in medio relinqvimus,*  
qvæ ad nostra potissimum tempora eorumque mores & jura respi-  
cientes, Justiniani hac in re placita obiter nunc saltem afferemus.

#### THES. V.

Recentiora Provinciarum & locorum jura & statuta hic in di-  
versum abeunt. Jure enim Lubecensi Ecclesis sine consensu pro-  
pinorum nuptias contrahere non licet, & si contraxerint, licet  
non dirimantur, poena tamen eaque sat gravi afficiuntur. Ita  
enim *Lib. 1. Tit. 4. artic. 2. cautum.* Wenn eine Wirtsfrau oder  
Junafrau ( qvod secundum Meyium *ad art. 2. m. 24.* sine  
distinctione ætatis accipendum ) ohne ihrer Freunde Raht / die  
sich dessen aus wichtigen erheblichen Ursachen verweigern / welches

doch bey Eckantritt des Rahts oder Consistorii stehen soll ob die U. Sachen wichtig genug seyn oder nicht / sich in die Ehe begiebt / d e soll von allem ihrem Gute nicht haben / denn ihre tägliche Kleider. Von threm Gute gebühret dem Raht 20. March / das übrige sollen ihre nächsten Erben haben. Conf. Mev. ad d. Art. 2. num. 23. & seqq. Similia statuta allegat Cypræus de jure Connub. Cap. 6. §. 9. n. 9. seqq. Jure contra Saxonico nulla necessitas imponitur Sponsalia seu nuptias inituris ut propinqvorum adhibeant consensum, sed pietatis & honestatis tantum hoc esse creditur Carpz. in Jurispr. Consist. Lib. 2. Desin. 47. & hinc nec poena afficienda videtur, si qvæ pietatis immemor sine consilio propinqvorum sponsalia contrahat, non obstante Rescripto supremi Consistorii ibi n. 23. allegato, ubi poena dictator pueræ sine consensu Tutorum & Fratrum bina sponsalia contrahenti: poena enim non ob neglectum Fratrum Tutorumque consensum irrogari videtur, sed qvia pueræ duobus fidem dederat. Conf. Cypræus de Jure Connub. Cap. 6. §. 9. num. 4. & passim.

## THES. VI.

Rursus peculiaria nostræ provinciæ sunt jura, qvæ cum jure communni & aliis allegatis statutis nec per omnia convenient, nec in totum ab iis recedunt. Et secundum horum potissimum duarum sponsalia ex voto & consensu propinqvorum contrahenda paucis explicabimus, qvæ ut eo rectius intelligantur, ipsa verba disponentia, in quibus hujus materia sedes afferenda erunt. Et (1) occurrit locus Ordinat. Polit. Cap. 9. Von Verlobnissen: Allermassen unschuldige Vermischungen und unehrliche Beywohnungen nicht allein bey denen in Rechten darauff gesetzten Straffen / und anderen ernsten und schweren Animadversion nochmahlen prohibitet und verboten seyn sollen: Sondern auch mit sonderbahren Fleisch dahin zu trachten / das die im Göttlichen Worte / beschriebenen Rechten / und dieser Landen Kirchen-Ordnung verbogene Gradus gebührlich observiret und davwidere nicht gehandelt werde. Also sollen auch die heimlichen ohne vorhergehenden und einzeholten Raht/consens, und Bewilligung der Eltern / Vormünder oder nächster Anverwandte (welche der verstorbenen Eltern Stelle bekleiden) wie auch

auch bey denen Leibsgenien Unterthanen ohne der Herrschaſſe Wille  
ſen gemachte Heyranten / und ohnedem verbotene Verlobniffen ohn-  
gültig / und vor keine Verbindlichkeit gehalten werden. Et (2)  
Ordinat. Eccles. Tit. von Ehe-Sachen / pag. 43. da auch einiae Pre-  
diger oder Kirchen-Diener ohne Vorwissen und Willen der Eltern  
oder wo die nicht verhanden / ohne Wissen und Willen verordneter  
Vormünder und nächster Freunde / &c. Conf. Kirchen-Agend, Cap.  
12. vers. zum andern / pag. 191.

### THES. VII.

Hæc jam satis evincunt jure Pomeraniz sine consensu Propin-  
qvorum der Anverwandten sponsalia valide contrahi non posse.  
Inter ea autem, in qvæ circa necessarium propinqvorum consensum  
accutus inquirendum est, est (1) Qualitas Propinqvorum der  
Anverwandten.

### THES. VIII.

Per Propinqvos die Verwandte in præsenti materia non in-  
telligi affines supra jam traditum est ad fin. Th. 2. ada. Besold. in  
Theſaur. pract. verb. Verwandten ubi statuit quod verb. Verwandten  
de cognatis non vero affinibus intelligendum. Requiritur itaqvæ  
ut sint (1) consangvinei qvorum consensum sponsalia contrahen-  
tes de necessitate adhibere tenentur (2) Mafculi. Licer enim pro-  
pinqvorum appellatione tam masculi quam feminae contineantur  
Speidel. tract. jurid. Polit. verb. Verwandten. Sufficit tamen si  
masculorum propinqvorum habeant consensum. Statutum qvippe  
quando requirit consensum propinqvorum, non includit consen-  
sum mulieris propinqvæ Bald. ad Lib. 1. C. qui admitt. ad B. P.  
num. 67. ibique in not. lit. m. Conf. idem Consil. 6. Lib. 2. ubi  
inquit: Valere testamentum à Fæmina conditum præsentibus duobus  
propinqviis masculis, pretermissa muliere, que illius erat propinqvus,  
quamvis ex diſpositione statu[m] mulier non posset testari sine consensu  
duorum propinqvorum consangvineorum. Qvia lubricum fæminæ  
consilium non debet per aliam fæminam etiam sapientem & prudentiem  
ſappliers. Regula enim ſecundum quam etiam in ſtatutis ſermonē  
masculino ſexu fæmininus ſermonis proprietate comprehenditur  
Gœdd. ad Lib. 1. C. d. V. S. num. 49. limitatur ex mente & vo-

lun-



luntate loqventis *Id. ibid. num. 51.* qvi consensum propinqvorum  
præprimis in negotio gravissimo reqvires prudentiam consilii  
considerasse videtur, qvæ in Mulieribus esse non crediur.  
Et cum igitur minorum qvoqve consilium fragile atque infirmum  
sit *i. i. ff. de minor.* ex jam dictis sua sponte seqvi videtur (3)  
Majores esse debere qvorum consensus necessario adhibendus.  
Sponsalia enim contrahentes propinqvorum consilio uti tenentur  
quia qvid agendum ipsi non satis intelligent vid. *Kirchen Agend.*  
*d. L. pag. 192. sibi.* Welches sic in der Jugend noch nicht so er-  
fennen können / necesse itaque est, ut ætate & consilio prævaleant,  
qvorum arbitrio alii se suasqve actiones in negotio sponsalitio  
permittente tenentur. Neque distingo an minores sint discreti &  
capacis ingenii an non vid. *Bald. ad l. 20. C. d. Nupt. in fin.*  
Leges enim circa ætatem vel sexum aliquid statuentes, regulariter  
non qvid in uno alterove individuo accedit, sed id qvod com-  
mune est ætati minori aut sexui seqviori respiciunt *arg. tex. in L.*  
*3. 4. & 5. ff. d. Legib.* id qvod multis probari posset exemplis, nisi  
res esset manifesta. Et sane non nisi ad multiplicationem litium id  
portos futurum esset, si id discrimen admittere velimus, qvia semper in  
mores ingeniumqve minorum inqvirendum esset. Et denique (4)  
proximi debent esse Propinqvi Polterey Ordnung *alleg. loc. ibi* nächste  
Anverwandten / Kirchen-Ordnung *d. l. ibi* nächster Freunde. Jure  
Civilis proximorum qvoqve requiritur censensus, nisi ad suscipcio,  
qvod illi, qvi proximo gradu ad hæreditates puellarum vocantur,  
spe futuræ successionis honestas nuptias impediunt, qvo casu  
& cum consensu remotiorum propinqvorum, ad qvos hæreditatis  
commodum si ex gr. puella innupta moriatur, pervenire non po-  
test, sponsalia contracta esse sufficit *l. 18. C. de Nupt.* Qvod cum  
optimam habeat rationem, & in Pomerania obtinere nulli dubitamus,  
non obstante generalitate textuum modo allegatorum; qvic-  
qvad enim illis deest, id ex jure communi supplendum est. Ma-  
gis autem ostare videntur verba Ordinat. Politice: Welche der  
verschiedenen Ettern Stelle bekleiden qvæ id, qvod ibidem habetur  
de consensu propinqvorum, ad eos restringere videntur, qvi paren-  
tum loco sunt e. g. Patruum. Verum eam horum verborum  
mentem non esse satis patet ex ratione propter quam hoc consti-  
tutum;

tutum, quæ non tam est reverentia aliqua singularis hisce personis debita, quam utilitas illorum, qui sponsalia contrahunt, vid. Kirchen-Agenda ibi. Welches sie in der Jugend noch nicht so erkennen können / quapropter id, quod in utilitatem minorum constitutum, ad paucissimas personas restringendum non est; Et verba der Desforbenen Eltern Stelle bekleiden / non denotant parentelæ respectum, sed loco & vice parentum mortuorum consilis &c. adjuvare liberos add. Carpz. Jurispr. Ecclesiast. Lib. 2. Defin. 45. num. 1. ibi. quia eis fratres scil. & proximi cognati succedunt quasi in locum parentum. Hinc cum proximus in jure nostro sit, quem nemo præcedit, etiam longissimo distet gradu l. 92. d. V. S. & huic arbitrium in sponsalibus minorum deferendum esse putamus, tanta propter legem, quæ generaliter proximorum propinquorum requirit consensum, quam rationem modo allegatam. Sed quid si plures propinqvi diversæ ætatis dignitatisque concurrant; an ætas, an dignitas sibi aliiquid præcipui vindicare potest? Et quidem eo potissimum casu, quando seniores & digniores in remotiori sunt gradu? judicium seniorum & digniorum præferendum esse videtur Cypræ. d. iure Connub. Cap. 6. §. 10. §. 3. Adolescentis est, inquit, maiores natu vereri exqve his diligere optimos & probatissimos, qvorum consilio qvorum autoritate nitatur. Cum autem lex Provincialis in genere & sine distinctione dignitatis vel ætatis proximorum propinquorum requirat consensum, qui gradu sunt proximiores de Sponsalibus minorum statuere sui esse officii arbitrabuntur. Sed cum in hac dissensione necessario ad judicem tanquam communem arbitrum eundum sit, negotium non adeò difficilis dijudicationis esse videtur. Vel enim proximi agnati seu cognati, qui ætate vel dignitate inferiores sunt, nulla sinistra suspicione laborant, nec e. g. puellæ eligunt sponsum moribus indignum genereqve inparem, eamque habent consentientem: & tunc judicem non tantum posse; sed etiam debere secundum hos judicare, licet dissentiant alii, omnino putamus. Lex enim provincialis consensu proximorum consangvineorum contenta est, & puellæ voluntati hoc datur, ut ille præferatur, quem ista elegit, per L. 18. & 20. C. d. Nupt. Qvodsi autem proximiores omnia secundum suam viitatem metiri velint, vel alias suspecti sint, qvin tunc

remotiores agnati, præprimis si dignitate vel ætate provaleant, recte intercedere & sponsalia, etiam bona cum venia desponsata vel de-sponsati contracta dissolvere, judicis tamen autoritate, possint, facile largimur, per antea dicta. Qvod tamen non æque conces-serim si e. g. puella non splendido loco nata cum consensu Propinqvorum proximorum se desponeat viro genere sibi pari & honesto. Qvia in nuptiis contrahendis quam maximè æqua-litatis ratio habenda est. Quando vero puella proximioribus propinquis non consentit, sed à partibus remotiorum Propinqvorum stat. Si proximiiores nullam justam dissentendi causam affere possint, iterum judicis est officii puellæ seqvi voluntatem, qvia, licet omnes propinqvi dissentiant, sine justa tamen causa, sponsalia impediri non debent per tradit: ad *Tb. 12. m fin.* Qyod si autem proximiiores non sine sufficienti ratione contradicant, non remotorum utiq; ætatis vel dignitatris prærogativa gaudentium volun-tas, sed proximorum dissensus hoc casu merebitur calculum. Ju-dicis enim est ponderare rationes, qvibus vel improbanter spon-salia vel defendunrur, insuper habita qualitate personarum, qvæ eas proferunt, qvia non tam de earum agitur jure, quam utilitate contrahentium. Sed si puella neq; his neq; illis consentiat, neq; tamen expresse dissentiat, tunc judex propinqvos audire, ipse tamen deliberare debet, cui melius adulta societur *L. 20. C. d. Nupt.* Si autem puella expresse dissentiat, frustra inter se de præ-rogativa disceptant, qvia propinqvi invitam puellam despondere non possunt; qvod nec judici licet. Matrimonium enim, qvod in-dividuum vita conseruandinem continet, svaderi non imperari pot-est, sed liberum utriusq; contrahentis reqvirit consensum, Nec obstat *L. 20. C. d. Nupt.* Ubi judici, si puella cultu verecundiæ propriam nolit voluntatem depromere, deliberare permisum est, cui melius adulta societur, id enim de eo accipimus casu, si puel-la tacite consentiat. Interim tamen non omnem ætati dignitatris prærogativam negamus. Si enim res dubia sit & puella neutri parti accedat ( alias enim hujus voluntas præferenda est) qvod tunc judex arbitrium Seniorum & digniorum familie, præprimis si cum dissentientibus ejusdem sint gradus, seqvi possit, libenter concedimus, qvia minus sunt suspecti, & in dubio pro illis stat

præ-



præsumptio. Quid si plures sint ejusdem gradus? Excusata esse videtur adulta, qyꝝ cum nobiliorum familiæ consensu sponsalia contraxit. Licit enim qui eodem gradu minori, de cuius agitur sponsalibus, sunt juncti, eodem jure etiam censendi esse videantur. Qvia tamen naturalis hominum ad dissentendum est facilitas, nimis molestum & libertati matrimonii adversum foret, si omnium Propinqvorum, qvorum vel plures esse possunt, consensum minor expetere deberet. Sufficit itaque si cum nonnullis iisque optimis rem tractaverit Cyprꝫ alleg. loc. conf. tamen antea dicta. Propterea autem nemo prærogativam aliquam recte sibi vindicare videtur, quod paterni sit generis, reliqui per matrem saltem sint juncti. Lex enim provincialis in genere proximorum Propinqvorum der næhesten Anverwandten requirit consensum, qva voce intelliguntur & agnati & cognati Speidel. in Specul. jurid. Polit. verb. verwandt. add. continuat, Thesaur. præst. Besold. verb. verwandt. Et rationi Legis, ut scil. minores, qui in lubrico ætatis constituti consulere sibi non possunt, in negotio hoc arduo Propinqvorum regantur consilio, satisfit, sive cognatorum sive agnatorum consensus expetatur. Nec obstat. Lex s. C. d. Nupt. ibi nec cognatorum & affinum ultra autoritas. Etsi enim jure Civili hic differentia aliqua inter agnatos & cognatos fuisse videatur, illa tamen hodie sublata erit, postquam cognati agnatis, etiam quoad potestatem moderandi actiones Propinqvorum, qui per ætatem sibi consulere non possunt, aequali sunt.

## THES. IX.

Post qualitatem propinqvorum perlustratam II. agendum est de illis, qui propinqvorum consensu in matrimonio contrahendo expetere tenentur. Jure Civili eo tantum opus habebant Mulieres tam viduæ, quam innuptæ, L. 18. & 20. C. d. Nupt. Masculi autem pro suo arbitrio sponsalia contrahere poterant, & ne quidem patris emancipatoris consensum adhibere tenebantur, l. 25. ff. d. R. N. vid Cypr. de Jure Connub. Cap. 6. §. 10. n. 10. & 11. In Pomerania autem nostra sanctio ordinationis politicæ ad utrumque sexum pertinere videtur. (1) Qvia constitutio illa valde generalis est, ut ad sexum foeminiūm restringi non possit, & quidem

(2) eo minus, qvia & antecedentia, nempe prohibiciones de coitu illico, de matrimonio in gradu prohibito non contrahendo, de non negligendo consensu patris, matris, & tutorum, & consequentia, ne subdit sine consensu Dominorum matrimonium ineant, tam masculos, qvam foeminas sine dubio obligant. Ex præcedentibus autem & sequentibus colligitur intellectus eorum, qvæ sunt in medio Barbos. in *Thesaur. loc. comm. Lib. 11. Cap. 70. Axiom. 3.* Qvibus (3) accedit ratio propter qvam sponsalia contrahentes propinqvorum consensum habere debent, qvia in minori ætate gravitatem negotii satis ponderare nequeunt. Vid. Kirchen-Agend. *sepe alleg. loco.* ibi: Welches sie in der Jugend noch nicht so erkennen können / qvæ tam masculis, qvam foeminis competit. Minorum enim, sicut masculi sint, fragile & infirmum consilium est *l. i. ff. d. Minor.* qvod qvam maximè in amoris negotio procedit, quo læpissimè ex cœcati matrimonia contrahunt sibi funesta & familiæ indecora.

### THES. X.

III. Autem putamus hanc legem expetendi propinqvorum consensum minoribus, sive foemini, sive masculis tantum scriptam esse, majores autem impune hanc omittere & suo arbitrio sponsalia contrahere. Neque obstat qvod Ordinat. Politic. *alleg. loco* sine distinctione atatis in nuptiis Propinqvorum requirat consensum; qvicqvid enim ibidem in genere statuitur ex jure communi explicandum & limitandum est, qvo declarantur, restringuntur & supplentur jura statutaria. Jure Civili autem tantum minores consensum propinqvorum adhibere tenentur, *L. 18. & 20. C. d. Nupt.* Maximè cessante ratione, ob qvam lex requirit consensum Propinqvorum, daß sie nemlich in der Jugend solches nicht so erkennen können. Kirchen-Agend. *alleg. loco.* Majores enim firmum perstetumque judicium habere censemur. Qvapropter illis etiam de magni momenti negotiis statuere perraititur, ut nimis durum foret, si matrimonium contracturis necessitatem imponere velimus ab alieno arbitrio pendere, repugnante etiam natura matrimonii, qvod liberum esse & ex alieno arbitrio pendere non oportet, Cothm. *Vol. 2. Rep. 34. n. 32.* Et cum qva masculos non facile qvem repugnaturum esse arbitreri; etiam qvoad foeminas res salva est, qvia in Pome-

Pomerania, exceptis civitatibus, quæ utuntur Jure Lubecensi, quâ præsentem materiam nulla inter masculos & feminas statuta reperitur differentia. Qvibus denique addimus, qvod in Ord. Politic. Tutores & Propinqvi conjungantur, ibi: Vormünder oder nähere Verwandte. Tutorum autem consensum tantum minores adhibere tenentur, ergo & propinqvorum. Sequentia enim explicanda sunt è proximè præcedentibus. Qvod præsenti in casu minus dubii habere potest, qvia ratio, propter quam & Tutorum & Propinqvorum consensus expedendus, eadem est, nempe non tam reverentia hinc personis debita, quam utilitas illorum, qui sponsalia contracturi sunt. Ne scil. adolescentes in lubrico ætatis constituti cœco amore perciti, aut blandimentis affectantium seducti clam iis, qvorum curæ commissi sunt, matrimonium aggrediantur, ut loquuntur in casu simili, Sande Decis. Frisic. Lib. 2. m. 1. def. 6. conf. Cypræ d. Jure Connub. Cap. 6. §. 10. ubi n. 11. & illis, qvi veniam ætatis impetravere, nuptias suo arbitrio contrahere permitit, & n. 13. & 14. aliorum locorum statuta allegat, secundum qzx puerla 18. annorum sine consensu Propinqvorum & Curatorum nubere potest.

## THES. XI.

Minores autem IV. de Propinqvorum consensu saltem solliciti esse debent, qvando nec Parentes, nec Tutores habent. Ibis enim adhuc superstibis, aut post eorum obitum Tutoribus legitimè constituti, satis prospectum est ad sponsalia acceſſuris, qvo minus Propinqvorum indigeant consensu. Qvod qvoad Parentes probatur per textum expreſsum in Ordinat. Ecclesiastic. alleg. loc. ibi: Da auch einige Prediger und Kirchen-Diener ohne Vorwissen und Willen der Eltern / oder wo die nicht verhanden / ohne Wissen und Willen verordneter Vormünder und näherer Freunde. Ubi expreſſe Propinqvorum consensus modo in subsidium adhibere jubetur, qvando scil. Parentes non adſunt. Cui adſtipulatur Ordinat. Polit. alleg. loco. ibi: Oder nähere Anverwandte / (welche der verstorbenen Eltern Stelle bekleiden) Qz nos docent Propinqvorum consensu opus esse, qvando Parentes sunr mortui. Parentes enim optimum pro liberis consilium capere præſumuntur, proinde liberi,

quamdiu Parentes vivunt, aliorum auxilio non indigent. Neque  
distingvimus inter Patrem & Matrem, sed & Matris consensum  
sufficere dicimus, quando vivit, nec eo casu Propinquorum neces-  
sarium est. Certissimum enim est, quod in Pomerania nostra  
non magis sine Matri, quam Patris consensu sponsalia valide con-  
trahi possint. Kirchen-Ordn. Tit. von Chесаchen pag. 62. vers.  
Und im Fall ibi : Ohne ihrer Vater und Mutter ic. Nulla  
itaque nos urget ratio, ut quod de Parentibus von denen Eltern  
in genere constitutum contra proprietatem sermonis ad solum Patrem  
restringamus. Parentis enim appellatione non tantum Pater, sed  
& Mater continetur, L. 51. ff. v. S. Sed potius generaliter  
dicta, generaliter accipere oportet. Quia in non odiosis sumenda  
verba secundum totam proprietatem usus popularis, & si plures  
sint, eam, quae latissima est Grot. d. f. B. & P. Lib. 2. Cap. 16. §. 17.  
Et in hoc jura Provincie partim differunt a jure communi, partim  
cum eo convenienter. Differunt quia Matrem, quae propinquos,  
quando agitur de nuptiis filia, non excludit, l. 20. C. d. Nupt.  
ibi : Matri & Propinquorum. Conveniunt autem quia Patrem,  
illum enim consensisse sufficit, nec ut Propinquus consentiant requiri-  
tur per verb. d. l. 20. Sed si sui juris puer sit intra 25. annos  
constituta ipsius quoque assensus exploretur. Si Patris auxilio desti-  
nata Matri & Propinquorum. Quod attinet curatores, an illi  
Propinquos excludant, non a copia expeditum esse videtur, quia Jure  
Civilis, Curatorum consensus ne quidem requiritur; sed Pro-  
pinqvorum sufficit, l. 20. C. eod. Et licet hoc Jure Pomeraniae muta-  
tum, ut hodie & Curatorum consensus adhibendus, quando mino-  
res sponsalia contrahere volunt, non tamen in totum ab eo reces-  
sum esse videtur, quod in dubio non presumitur, ita ut Propin-  
qui, qui olim excludebant Curatores, hodie ab illis excluderentur.  
Sed in eo mutatio consistere videtur, ut Curatores & Propinqui in  
sponsalibus minorum approbandis concurrant. Kirchen-Ordn.  
alleg. loco pag. 43. ibi : verordnete Vormünder und nächster Freunde.  
Hoc autem non obstante contraria opinio Juri Pomeraniae magis  
convenire videtur. Secundum ordinationem enim politicam,  
Cap. 9. ubi primaria hujus materiae sedes est, Curatorum & Pro-  
pinqvorum consensus non conjunctum requiritur, sed sufficit, si  
Cura-

Curatorum vel Propinqvorum consensus expectatur. Ibi: Vor-  
munder oder næhere Anverwandte. Qvod autem præferendi sint  
Curatores Propinqvis satis demonstrat ordo scripturæ. In lege  
enim ex ordine præsumitur & colligitur mens & voluntas ordi-  
nantis. Everh. loc. ab ordin. n. 2. & ex ordine arguitur præroga-  
tiva, ibid. n. 13. Hinc aliis in locis, ubi ex professo agitur de  
illis, qvorum consensu sponsalia contrahentes opus habent, ne  
quidem sit mentio Propinqvorum, semper autem Curatorum,  
nullam aliam ob rationem, quam qvia minores Curatores haben-  
tes, qvos hodie sere semper habent, de propinqvorum consensu  
imperando solliciti esse non debeant, vid. *Confistor. Instruet. Part. 3.*  
*J. 3.* ibi: Dass die Ehe-Gelübde nicht heimlich / sondern öffentlich/  
mit Wissen oder Willen der Eltern / Vormünder oder Herrschaf-  
ten / &c. Kirchen-Ordn. Tit. von Ehe-Sachen / pag. 42. vers. und  
im Fall ibi: Und im Fall einziger Sohn und Tochter ohne ihren  
Vater und Mutter / oder Vormünder Wissen und Willen / &c. &  
in vers. seq. Wie sich nun die Kinder ohne Vorwissen der Eltern  
oder Vormünder / &c. Si autem Curatores sint suspecti & indi-  
gnum familia sponsum elegant pueræ, vel planè consentire nolint,  
qvo diutius bonis locupletis pupillæ fruantur, qvod tunc propin-  
qui intercedere possint facile concedimus, arg. l. 18. in fin. & l. 20.  
in fin. C. d. Nupt. vid. Cypr. de Jure Connub. Capo 6. J. 9. n. 16.  
& seqq.

## THES. XII.

Postquam ita pro instituti ratione jam satis egimus & de pro-  
pinqvis, qvorum consensu opus est, & de contrahentibus sponsa-  
lia, qvi illum adhibere debent (V.) considerandum venit, quis sit  
effectus omisi hujus consensus, an scil. sponsalia sine consensu pro-  
pinqvorum contracta valeant, an nulla sint, vel an alia poena  
neglecti consensus propinqvorum sit? Dicimus hanc legis patriæ  
nostræ pœnam esse, ut sponsalia sine propinqvorum consensu  
contracta nulla sint, alia autem pœna sive sponsus, sive sponsa-  
non afficiantur. Nulla esse sponsalia satis constat ex Ordinatione  
politica alleg. loco, ibi: Also sollen auch die heimliche / ohne vorher-  
gehenden Räht / consens und Bewiligung der Eltern / Vormünder  
oder

oder nächsten Anverwandten / welche des Verstorbenen Eltern Stelle  
bekleiden/ ) wie auch bey denen leibetgenen Unterthanen ohne der Herr-  
schaft willen gemachte Heyrahen / und ohne dem verbohrne Ver-  
lobnisse ohngültig und vor keine Verbindlichkeit gehalten werden Alia  
autem poena non reperitur constituta. Quoties autem lex sim-  
pliciter aliquid fieri vetat, nec ullam nominatam adjicit poenam,  
tunc haec est poena legis, ut quod factum est infectum sit, id est  
irritum & cassum proflus, & alia poena dictanda non venit per ea,  
qvz habet Vinn. Select. Quest. Lib. 1. Qv. 1. vers. Qveritur autem  
Et licet qvamplurimi in ea sint heresi, quod statuta sub pena nulli-  
tatis ad validitatem sponsaliorum consensum propinquorum requi-  
rentia sint invalida, qvia veniunt contra libertatem matrimonii,  
quod non debet esse captatorium neque pendere ex voluntate alte-  
rius, Beust. de Jure Connub. Part. 1. Cap. 21. conf. Heig. Part. 1.  
Qv. 22. n. 3. & Cothm. Vol. 3. Reff. 34. n. 31. ubi plures in  
hanc sententiam allegavit; longe tamen verior est contraria opinio.  
Cum enim Leges Magistratum, inquit, Sand. Decis. Frisic. Lib. 2.  
tit. 1. Def. 6. sint ordinationes divinae, non minus illis parendum  
est, atque si ab ipso DEO essent latæ; præfertim cum haec lex non  
sit iniqua, aut inhonesta; sed Reip. admodum salutaris. Publice  
enim expedit, ne adolescentes in lubrico etatis constituti, cœco  
amore perciti, aut blandimentis affectantium seducti clam iis, quo-  
rum cura commissi sunt, matrimonium aggrediantur. Et falsum  
est talia statuta libertati matrimonii esse contraria, sed potius eorum  
firmitati & decori consulunt. Mejer. in C. J. A. d. R. N. §. 12. Cypr.  
de Jure Connub. Cap. 6. §. 10. n. 7. Notanter Cothmann. alleg. loc.  
n. 138. seqq. Certe qvi statutum, quo liberi sine parentum vel illo-  
rum, qvi parentum loco sunt, sponsalia contrahere vetantur, nihil  
valere scribunt, illimet incauti & desipientes immotum DEI præce-  
ptum, Jus naturæ & ipsam honestatem nihil valere in effectu docent.  
Neque qvicquam juverit subsequens decima quarta objectio, qvz  
libertatem matrimoniorum venditat & ab alieni arbitrii jugo spon-  
salia vindicat ac eximit. Nam non hominis arbitrium, sed lex  
sive statutum hanc rem dirigit, & legum servi sumus, ut liberi esse  
possimus, &c. &c. Sed cum haec potissimum constituta sint in  
ipsorum contrahentium favorem, facile largimur non absolutum  
esse

esse Propinquorum arbitrium, sed utilitati illorum, quibus patrem  
tum loco sunt, adstrictum. Hinc sponsalia suo dissensu impedire  
non possunt, nisi justam dissentendi causam, arg. l. 19.  
ff. 4. R. N. Quo casu res ad Consistorium defertur, cuius hac de  
re est judicium per l. 20. C. d. *Appt.* vid. *Cypri. d. Jure Connub.*  
*Cap. 6. §. 11.* Inter justas autem causas referri hanc meretur,  
quod minores irreqviso Propinquorum consensu contraxerint  
sponsalia. Licet enim Pater suo dissensu sponsalia liberorum ipso  
inconsulto contracta propter hunc contemptum dissolvere possit,  
*Carpzov. Jurispr. Consist. Lib. 1. Def. 57.* id tamen non permis-  
sum est propinquis, quia longe minor illorum est potestas, utpote  
qvorum consensus reqviritur in sponsalibus minorum propinquvo-  
rum non propter jus quod habent in contrahentes, sed propter  
ipsorum contrahentium utilitatem. Quamvis itaque & hic rever-  
tentia illis debita ledatur, hoc tamen annullatione sponsaliorum  
vindicandum non est, conf. *Cothmann. Vol. 2. R. 84. n. 47. add.*  
*Heig. Part. 1. Qu. 22. n. 14. & seqq.* Neque difficile se præbebit  
Consistorium in supplendo consensu Propinquorum, si ambo con-  
trahentes sponsalia consummari parati sint. Sed forsitan plus  
difficultatis habebit negotium, si personam minorem deinde illius  
rei penitentia & consummationem matrimonii deprecetur. Quia  
enim in *Ordinat. Polit.* sepe alleg. loco simpliciter dicitur, nulla esse  
sponsalia sine consensu Propinquorum contracta, & illa virtio nulli-  
tatis laborare videntur, quæ in consultis propinquis inita sunt, etiam si  
nulla justa dissentendi causa; ad sponsalia autem secundum  
statuta locorum invalida consummanda, nemo cogi potest, arg.  
illorum, quæ habentur in der *Consistor. Instrukt. Part. 3. Cap. 2. §. 3.*

### THES. XIII.

Ad Contraria VI. referri potest, quod non habeatur ratio Pro-  
pingvorum, si sponsalia copula, vel carnali, vel sacerdotali con-  
firmata sint. Quia secundum praxis Pomeraniae ne quidem  
Parentes ita confirmatis sponsalibus intercedere volentes audion-  
tur. Sed, ut videtur, contra legem scriptam in der *Consistor. Instrukt.*  
*alleg. loc. §. 4.* Wenn eine Person ein Ehe-Geläude und darauf  
bescheinigte Schwangerung stiftete / ist sie sonst ehrlichen Lebens und  
E  
Wan.



Wandelt und dagegen keiner leichterlegen Zundthigung zu erwerben / dabeneben aber der sie geschwängert zu haben geschehet / seiner so weit mächtig / daß er sich zur Ehe beständig verbinden kan / kan sie das Ehe - Gelübde beweisen / ist er alsdenn ( qvæ dictio ejus est indolis , ut omnia præcedentia prius facta , & completa esse velit , quam illa disponat Besold . *Thefaur. præf. verb. Alsdann* ) durch die Copulation solches zu vollständigen schuldig . Cui si sua restituueretur autoritas , vagæ libidines forsitan melius inhiberi possent . Mulieres enim , si videant , non à solius stupratoris , sed ipsius etiam Parentum arbitrio promissionem matrimonii pendere , horumque diffensum suis votis impedimento futurum , nec adeò amplius paratum libidini præmium esse , pudoris aliquanto tenaciores futuras non dubitandum , quem nunc juvenis aliquis illaqueandi spe prostituere , tanquam insigne artificium etiam ultra jactare non erubescunt .

## COROLLARIA.

I.  
An calculum mereatur consuetudo illa Anglorum , qva , ut refert Arnisæus de jure Connub . Cap . 3 . tit . de consens . Tutorum & Curat . pag . m . 239 . obtinet , ut minores , si Tutoribus , qvæcunqve sibi placuerit , conditionem nubendi offrentibus , non obse-

obseqvantur, ea pecunia multentur,  
qvam ad nuptias exbonis relictis de-  
stinatam habent, meritò dubites.

## II.

Præscriptionem non interrumpit  
extra judicialis interpellatio privata  
ne qvidem hodie Carpz. Part. 2. Const.  
3. d. 1. Part. 2. Const. 7. d. 8. num. 1.  
Mev. Part. 3. Decis. 24. num. 1. Dis-  
sensit Richter Part. 1. Decis. 21. num.  
57. cuius tamen sententia per præju-  
dicium ibi allatum non probatur.  
Dissent. & novissimè Dn. Titius ad  
Lauterb. Obs. 1040.


## III.

Obligatio sub hac formula: Ich  
wil ein Schelm seyn/ wo ich das nicht  
thue / non excusat alium, cui haec pro-  
missio facta, ab actione injuriarum, si  
ob fidem non servatam tale quid  
convitii ipsi dixerit.


## IV. Egre-

IV.

Egregiis qvidem Studiosi gau-  
dent privilegiis, sed an inter hæc ei-  
iam recte connumeretur quod Bach.  
V. 2. D. i. Thes. 4. lit. B. & C. quod  
illis tribuit, ut libri illorum in mu-  
sæum conductum illati à taciti pigno-  
ris nexu immunes sint, cum Struv.  
Exerc. 26. Thes. 14. Zoël. ad ff. Tit.  
Locat. num. 6. Lauterbach. cod.  
dubito.









AB: 152953



Vd 17



B.I.G.



DISSERTATIO JURIDICA,  
DE  
OPINQVORUM  
SPONSALIBUS  
ONSENSU NECES-  
SARIO,

Ex  
UTIS POTISSIMUM POMERANIA  
CITERIORIS DEDUCTA,

Qvam  
P RÆ S I D E  
NING. CHRISTOPH.  
GERDESIO,

in Alma Patria Professore Ordin. Juris,  
usdemqve Universitatis Syndico,  
ad diem 17 Decembr. 1703.

In Auditorio Majori  
Publico examini submitit  
CHRISTOFF GRUEL,

Gryphisw. Pom.

GRYPHISWALDIAE,  
is DANIELIS BENJAMINIS STARCKII,  
Reg. Acad. Typogr.

15.